Actora pars deducendo parti citatae legitimo de termino statuit
ministerialem Regni generosum Providum Paulum Piskorz qui citationis
praeinsertae copiam sigillatam ab una integra ante terminum praetensum
septimana in bonis Krakowo divisioni subiectis posuisse et publi
casse recognovit quo sic deducto ceterisque contentis propositionis suae
verificatis petijt citatum ad procedendum compelli. Ex adverso
partis citatae maritus allegavit verum allegationum suarum copia
eidem ultra pridie expedita ad advisandum non potuerit de quo
ex parte officij notarialis est proclamatum. Actorea vero pars alle
gavit ipsum maritum sine praesentia consortis suae causam prae
sentem promovere non posse siquidem causa est privilegiata di
visionis bonorum quorum ipse maritus est dilapidator et inutilis
inter consortemque suam per quasdam inscriptiones in alienas per
sonas factas exhaeredator videtur et ad faciendas inscriptiones
sine consensu et scitu actoris patrui germani diversis modis
compulit. Ratione quorum cavitiones contra ipsum protestationes de nullita
te et illegalitate eiusmodi inscriptionum in quantum recognitae
essent petijt ipsum a munere repelli alijs protestationibus salvis
sibi praereservatis. Et officium praesens castrense capitaneale Bracensem
contraversiis partium utrarumque actorea per se personaliter citatae vero per maritum
suum iudicialiter factis exauditis verum maritus eam causam sine prae
sentia eius sine plenipotentia inscripta causam praesentem possit pro
movere ob meliorem sui informationem ad sequentes querelarum ter
minos proximos celebrandos deliberat. Et terminum in eisdem
sequentibus querelarum terminis parti utrique ad audiendam sententiam
suam ex actu deliberationis proferendam ac ulterius cum ea iuridice
procedendum parti utrique peremptorie et peremptorium constituit.

Przewuski **Decretum**

In causa et actione iudicialiter vertente inter instigatorem iudicij prae
sentis ex delatione Generosi Pauli Przewuski Capitanei oblensis
actorem ab una et reatum Stanislaum ob Pauli Radigowski
in Malinowo Kalnica haeredem termino tacto per ministerialem a iudi
cio deputatum citatum ideo quia ipse in vilipendium securitati
iudiciorum praesentium contemptumque delatoris ausus est sub cele
bratione iudiciorum terminorumque iudicium capitaneale praedictorum Bra
circa acta publica in cancellaria castrensi in praesentia multorum
nobilium pro tunc congregatorum ubi summa pax et tranquillitas
observari debebatur animo praesumptuoso furibundo irruere

5645

patam verbis obiurgatoriis minacibus bonam famam et con
versationem eximiam detrahere habenis linguae suae effre
natis indecenter publice proscindere prout de facto ea omnia
exercuit et Serenitatem judiciorum ac honorem delatoris
laesit immodeste se gessit ac Nobilitatem conturbavit
pro poenis legum super ipso secundum qualitatem delicti
et excessus decernendis ac extendendis. Partibus ipsis
utrisque Actore Actore et citato per se personaliter comparentibus
et terminum attentantibus ac mutuis inter se controversiis decertantibus
utpote Instigatore cum delatore propositionem suam attestatione
multorum Nobilium in quorum praesentia id factum est
inducta comprobante citato vero ad inquisitionem se non tra
hente imo authoritatem delatoris respectu administrationis
bonorum Orlia in cuius jurisdictione ipse et mater eius ac fratres
residentias habent respuente et judicia contemnente.
Judicium praesens Castrense Capitaneale Bracense ex controversiis et
deductionibus partium judicialiter factis exauditis et intellectis
ea attenta Quoniam judicio praesenti judicialiter deductum est
Quod citatus delatorem in Cancellaria circa acta publica sub
celebratione modernorum judiciorum publice dishonoravit et se
renitatem judiciorum laesit Decrevit Ut citatus Respon
laese serenitatis judiciorum fundum turris Castri huius Bra[ce]nsis
in sequentibus querelis terminis proxime celebrandis in
grediatur et sessionem eiusmodi turri per unam septi
manam sine intermissione sustineat, ac delatorem huma
niter circa egressum de turri deprecetur atque poenam trium
marcarum pollonicalium parti et judicio suo in instanti solvat et praemis
sa omnia exequantur utpote sessionem turris et deprecationis
sub poena perpetuae Bannitionis Poenas vero praenominatas
trium marcarum parti et judicio suo sub alia simili poena
Bannitionis parti vero sub poena Quatuordecem marcarum quae
poenae in casu secreto praeti contraventionis et sic in toto
seu in parte non satisfactionis super citato et bonis eius
omnibus ex nunc decernuntur et Ministris quibusvis Regni [illegible]
tum ad publicandas poenas Bannitionum tum ad intromit
tendum hererem in bona citati poenis utrisque trium et quatuor
decem marcarum correspondentia adducitur. A quo decreto citatus
ad judicia ordinaria Generalia Tribunalia Regni Lublinensia appellavit.

Cui appellationi Judicium terrestre, uti in evidenti excessu non admisit, deligna non admissa coram judicio et partem actoream de prosequendo
dat protestationem Judicium vero se id non temere sed attestationi
bus Nobilium judicum factis mediantibus fecisse reprotestatur.
Et his idem ptr stans ministerialis Regni generalis Nobilis Benedictus
Prozenski eundem citatum ob non solutionem paenarum
judicio seminantium bannitum et proscriptum publicasse
et proclamasse recognovit.

Wnorowski — Appellatio

Super citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem tenoris eiusmodi
Franciscus Joannes Lesniowolski Branscensis et Capitaneus. Tibi Nobili
Casimiro filio Generosi Joannis Markowski de Markowo Magna heredi
ex omnibus bonis tuis. Vigore Regio et nostra Capitaneali auctoritate mandamus ut coram judicio nostro Capitaneali Castrensi in Curia Regia Branscensi
in terminis Judicialibus simul et querelas ac causas officii Capitanealis
Branscensis feria secunda post datam praesentis citationis proxime
celebrandis pro et peremptorie compareas. Ad instantiam instigatoris
judicij nostri et ipsius delatoris Nobilis Hilarij Stanislai Wnorowski filij Nobilis Mathiae Wnorowski actoris qui te citat ad bannendum
et de Regno Poloniae proscribendum ex eo. Quia tu liquidationem
seu taxam de brachio Regali intromissionem in bonis tuis per
Vicesgerentem officij nostri Nobilem et Nobiles duos officii assessores
vigore admissi pertinentium super ipsis in judicio tum ac officio
praesenti ratione per te eidem actori vulnerum coram officio
praesenti Castrensi Branscensi monstratorum et inscriptorum. Certam summam
pecuniae taxatorum illationis juridice perductorum et obtentorum non ad
misisti imo temere denegasti per quod paenam bannitionis incurristi ad quam super te et bonis tuis decernendam ac per ministerialem
publicandam citaris. Judicium sis responsurus. Datum in Curia Regia Branscensi feria secunda post Dominicam Conductus Paschae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo
Primo. Cuius quidem citationis praeinsertae copiam sigillatam
ministerialis Regni generalis Providus Sierski Kondratowic ad acta in
tegra ante terminum praesentem septimana in bonis Markowo
Wielkie praemisse citationis propriis ea publicasse recognovit.
Memoratus Actor suprascriptum citatum ad judicium prius per ministerialem
Regni generalem Nobilem Benedictum Prozenski ultra juris formam
diebus quatuor clamatum et non comparendo in paena bannitionis ex
regestri ordine admissionisque judicium primum condemnavit et eandem
paenam bannitionis decerni affectavit. Et Judicium praesens Castrense
Capitaneale Branscense visa et considerata citati clamati et nonlom